desine deficit et quibus exitus
melior est in finem suum natura sol-
vente dilabi Nempe mors
pressit et mors secutura est ut
ponit idem Seneca epistola 11 Ne-
mo inquit tam imperitus est ut
nesciat se quandoque moriturum esse
et tamen cum prope accesserit tremit
plorat Nonne inquit tibi stul-
tissimus videtur qui fleverit
eo quod ante mille annos non
vixerit eque stultus est qui flet
eo quod post mille annos non
vivet Hec inquit paria sunt
non eris non fuisti utrumque tem-
pus alienum est Quid enim
fles ad hanc legem cum sis na-
tus Et epistola 28 Non autem
est mors gloriosa sed fortiter mori
gloriosum que dementia est
fugere cum retroire non possis
Unde Tullius in philippica octava
Turpis fuga mortis omni quam
morte peior est Cui usque sapi-
ens mortem non metuit Unde
idem Tullius in tusculanis questionibus
libro 2o Quia mihi natum est
quia mors nichil habet quod
horrendum mortem ideo non timeo
Unde refert Valerius libro vjo
Cum autem Theodorus Syrenes re-
gem Lysimachum increpasset eo
quod quidam minus digesta obiceret
Lysimachus iussit Theodorum
crucem affligi Et tunc Theo-
dorus ait In ea siquidem nichil
est humi aut in sublimi ut pu-
trescam Unde Katho Item tibi
preponas mortem non esse

timendam Que bona si non
est finis tamen illa malorum Non
metuit mortem qui scit contem-
nere vitam Unde Lucanus libro
2o mors ultima pena est nec
metuenda viris Si enim aliquo
pacto mors effugi posset aut
si post mortem nulla vita esset
utique formidanda foret Sed
a nullo evadi poterit sancte
quod moriens vita post morte
fruetur potiori Nullus sapienti
restat pavor mortis Unde
prius quidam dixit Secundus
Quid inquit est mors Et reddit
Extremus sompnus divitum pa-
vor pauperum desiderium inevi-
tabilis eventus latro hominis
fuga vite resolutio omnium Na
teste Oracio in poetria Debemur
morti nos nostraque Et Iuvenalis
mortalia facta peribunt et ad-
huc sub iudice lis est Unde
Ovidius libro epistolarum Dicetur
animo pereundi mille figure
mors quam minus pene quam mora mor-
tis habet Et idem Ovidius libro
10 methamorphoseos Omnia debentur
morti sedem properamus ad unam
Certe in conspicuus morte vitae
non posse Ruinimirum igitur si con-
tempnenda consulitur Atten-
dimus enim quia teste Clau-
diano in minori Omnia mors
capit Unde morti loquendo
sic dicebat Quicquid liquidus
complectitur aer quicquid
alit tellus Quicquid maris

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0189
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg